

Kleinere Mittheilungen.

Aus dem Archiv des Fürsten Colonna.

Bei den Forschungen, welche ich und meine Mitarbeiter seit mehreren Jahren in den Bibliotheken und Archiven Italiens für die von der Göttinger Gesellschaft der Wissenschaften geplante Ausgabe der Papsturkunden bis Innocenz III. angestellt haben, sind wir wie natürlich fortwährend auch auf Urkunden der deutschen Kaiser und Könige gestossen. Ich war von Anfang an von dem Wunsche beseelt, unsern Nachforschungen die breiteste Grundlage zu geben und, Archiv für Archiv, Bibliothek für Bibliothek besuchend, alle für die allgemeine und deutsche Geschichte wichtigen Urkunden und Aktenstücke zu verzeichnen. Leider liess sich indessen die rechte Form für ein solches Vorgehen nicht finden, und wir mussten uns in der Hauptsache darauf beschränken, unsere Papsturkunden aufzusuchen und zu verzeichnen. Nur gelegentlich haben wir auf Kaiserurkunden zu achten Zeit gehabt.

Es gehört oder gehörte doch noch bis vor kurzem zu den unter den Fachgenossen so verbreiteten Irrtümern, als hätten L. Bethmann's vortreffliche Reiseberichte (veröffentlicht im Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde Band XII) das italienische Material vollkommen erschöpft. Selbst Leute, welche es eigentlich anders wissen müssten, sprechen es mit einem Scheine von Zuversicht und mit dem Anspruch von Sachkenntnis aus, dass aus den mittelalterlichen Beständen der römischen Archive und Bibliotheken nun nichts mehr zu gewinnen sei. Nichts verkehrter als solche Meinung. Gibt es doch in Rom sogar noch Archive mit zahlreichen unbekanntem Kaiserurkunden, die so vielen Forschern entgangen sind.

Dass dem wirklich so ist, davon überzeugte ich mich wieder einmal in dem Archiv des Fürsten Colonna. Früher unter dem Abt Pressutti war dies Archiv nahezu unzugänglich. Jetzt waltet darin ein anderer Geist. Professor G. Tomassetti ist rühmlichst bekannt als einer der genauesten Kenner des mittelalterlichen Rom und seiner Topographie. Wie er selbst unermüdlich neue Bausteine herbeischafft, so hilft er bereitwillig andern in dem gleichen Bemühen. Ihm verdanke ich den Zutritt zu dem Archiv des Fürsten und die Erlaubnis, daselbst Forschungen anzustellen und deren Ergebnisse zu veröffentlichen. Es ist mir eine angenehme Pflicht, dem befreundeten Gelehrten hier meinen Dank zu wiederholen.

Das Archiv, eines der grössten Roms, sicher aber das bedeutendste fürstliche Archiv der Stadt, ist zur Zeit noch nicht völlig geordnet. Nur die bereits registrierten Materialien habe ich durchsehen können. So ist also wohl möglich, dass, wenn die Neuordnung ganz durchgeführt sein wird, noch andere alte Documente zu Tage kommen werden.

Die Papsturkunden, welche sich bisher im Colonna-Archiv fanden, veröffentliche ich an andern Orte (Nachrichten der K. Gesellschaft der Wissenschaften in Göttingen, Phil.-hist. Classe 1901). Dabei stiess ich auch auf mehrere Kaiserurkunden, welche sich als unbekannt herausstellten. Ich schrieb sie ab und biete sie nun den Forschern dar. Sie zu erläutern, fehlt mir sowohl die Zeit wie die nötige Vertrautheit mit dem Stoff. Berufeneren mögen aus ihnen den Gewinn für die Geschichte des XIII. und XIV. Jahrhunderts ziehen.

König Friedrich II. verleiht seinem Getreuen Johannes de Fazara das Casale Paternitum.

Nürnberg 1216 Dezember.

Orig. Rom Arch. Colonna (III B B XXIX n. 21).

Das Siegel war an rothen Seidenfäden, die durch vier Löcher (Rautenform) der Plica gehen, befestigt. Auf dem Rücken u. A. (saec. XIII ex.): *Pro Roberto et Johanne Facar.*

Fredericus secundus diuina fauente clementia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie. Regie celsitudini ad laudem spectat et | gloriam, si fidelium merita dignis beneficiis reconpensat et eorum grata seruitia non patitur sine remuneratione transire. Inde | est quod nos adtendentes sinceram fidem et laudabilem deuotionem quam tu, Johannes de Fazara fidelis noster, erga maiestatem nostram ha | bere dignosceris, considerantes etiam grata plurim(um) et accepta seruitia que celsitudini nostre hactenus exhibuisti et que gratiora | poteris inantea exhibere, de gratia nostra concedimus et confirmamus tibi et heredibus tuis in perpetuum casale Paternitum et illud quod fuit | olim Mandrani de Paternito cum omnibus iustis pertinentiis et rationibus suis, saluo seruitio, si quod curie nostre debetur. Mandantes | et firmiter statuentes, ut nullus de cetero te uel heredes tuos de predictis omnibus impedire aut molestare presupmat. Ut | autem hec rata et firma permaneant, presens priuilegium fieri fecimus sigillo nostre celsitudinis roboratum. Data Nurenberc an | no dominice incarnationis millesimo ducentesimo sextodecimo, mense decembris, quinte indictionis, regnante domno nostro Fre | derico dei gratia Romanorum rege semper augusto et rege Sicilie, anno Romani regni ipsius quarto et Sicilie | nonodecimo; feliciter amen.

S. dep.

Kaiser Friedrich II. verleiht seinem Getreuen Thomasius de Dragone das Castell Petra maior in dem durch den Iudex Johann von Bitonto festgestellten Umfang als Kronlehen.

Foggia -- 1238 April.

Orig. (?) Rom Arch. Colonna (III B B XXIX n. 22).

Das jetzt verlorene Siegel hing an rothen und gelben geflochtenen Seidenfäden, die durch Löcher im Bug gehen. — Die Urkunde macht durchaus einen originalen Eindruck. Die Schrift ist ungekünstelt und sicher saec. XIII; für die erste Hälfte des Jahrhunderts freilich sehr entwickelt. Auffallend sind die sonst in Originalen wohl nicht vorkommenden Formen iubximus, gexit. Auch der Inhalt und vollends die Datierung bedürfen doch noch genauerer Feststellung und Erläuterungen. Fälschungen der Chiaramonte sind bekanntlich vorhanden.

FRIDERICVS dei gracia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Augustalis excellentia tunc sui nominis titulos ampliat, tunc suum | iustum prodit imperium, cum digna retributione fideles euehit et illos precipue beneficiorum premiis ampliat, quos sibi pura deuocio reddit acceptos. Per presens igitur priuilegium no | tum fieri uolumus uniuersis tam presentibus quam futuris quod Nos actendentes fidem puram et deuocionem sinceram quam Thomasius de Dragone fidelis noster erga nos gexit continue et nunc | gerit fideliter et constanter, considerantes quoque grata satis et accepta seruicia que predictus Thomasius culmini nostro deuotus exhibet et exhibere poterit in futurum, eidem Thomasio tamquam benemerito | et suis heredibus in perpetuum castrum Petre maioris situm in ualle Beneuentana quod fuit olim Philippi de Busson(e) fidelis nostri, quod nunc iuste curia nostra tenet, de speciali gracia et ex certa | consciencia nostra duximus concedendum, cum hominibus iuribus iusticiis racionibus et pertinenciis suis omnibus que de demanio in demanium et que de seruicio in seruicium et cum propriis finibus, ut infra describitur, | limitatum, sicut alias per Johannem de Botonto iudicem procuratorem nostrum, conuocatis pluribus de contrata fidelibus nostris habentibus certam scienciam de predictis, territorium dicti castri iuste ac racionabiliter mandauimus | terminari; postquam extitit ad manus nostre curie racionabiliter deuolutum, ad hoc ut nullo futuro tempore dictum castrum in suo territorio eiusque finibus possit ab aliquo perturbari, quorum fines sunt hii: primus uidelicet | incipit a flumine Tammari et assendit usque ad uallonem qui dicitur Tamarecla sancti Georgii, deinde assendit per ipsam Tamareclam et uadit usque ad planiciem que dicitur Lacus sancti Georgii et ab ipso lacu descendit | per stratellam et uadit usque ad uallonem qui dicitur Russanellus montis Falconis et deinde descendit per ipsum uallonem Rossanelli et uadit usque ad alium uallonem siue riuulum prope Genestriam et deinde ascendit | per

ipsum uallonem siue riuulum usque ad aliam stratellam et deinde uadit per illam stratellam usque ad alium uallonem qui transit per pescum de Ylicis et deinde ascendit per aliam stratellam que dicitur Carrara et uadit | descendendo usque ad uallonem qui dicitur Trauersus prope montem Jouis et deinde descendit usque ad stratam publicam et usque ad pescum de Pedicinis et deinde ascendit usque ad montem Pallumbum et deinde descendit | usque ad pontem Latronem ubi est alia strata publica et deinde uadit per illam stratam publicam usque ad puteum qui est in sancto Archangelo et deinde ab ipso puteo descendit per uallonem qui discurrit per sanctam | Mariam de Sala usque ad dictum flumen Tammari et deinde ascendit per ipsum flumen usque ad priorem finem Tammari, tenendum et perpetuo possidendum per dictum Thomasium et heredes suos, ita tamen ut idem | Thomasius et heredes eius castrum ipsum a nobis et heredibus nostris in capite teneant et de ipso inmediate seruire regie curie teneantur, uiuentes inde iure Francorum, in eo uidelicet quod maior natu | exclusis minoribus fratribus et coheredibus in eo succedat, nullo umquam inter eos tempore diuidendo, saluo seruicio quod exinde curie nostre debetur et saluo mandato et ordinacione nostra. Ad cuius | itaque concessionis et graciae nostre memoriam et robur perpetuo ualiturum presens priuilegium per manus Petri Gulfraini de Capua notarii et fidelis nostri scribi ei sigillo magestatis | nostre iubimus communiri.

Data Fogie anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo octauo, mense aprelis, undecime indicionis, imperante quoque domno nostro Friderico secundo dei gracia inuictissimo Rom(anorum) | imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, imperii eius anno octauodecimo, regni Jerusalem terciodecimo, regni uero Sicilie anno quadagesimo primo; feliciter amen.

S. dep.

König Manfred bestätigt seinem Getreuen Franciscus de Aspello die ihm zugewiesenen Lehen mit einer Rente von 15 Goldunzen.

Lagopesole 1263 August.

Copie von 1302 November 13. Rom Arch. Colonna (III B B XXIX n. 28).

Maynfredus dei gracia rex Sicilie. Per presens priuilegium notum facimus uniuersis tam presentibus quam futuris, quod Franciscus de Aspello fidelis noster maiestati nostre humiliter supplicauit quod, cum dudum sibi tamquam benemerito fidei et seruiciorum suorum intuitu in annuo reddito quindecim unciarum auri sub seruicio unius militis et unius balistarii de excadencijs et morticijs curie in Sicilia existentibus duxerimus de gracia

prouidendum et per Aroldum de Ripalta de Brundusio fidelem nostrum dudum in anno preterito secunde indictionis secretum Sicilie citra flumen Salsum, cui pro assignandis sibi redditibus ipsius direximus scripta nostra, subscripta casalia exhibitata inuenta per eum in manu curie nostre, uidelicet Rahaltath in territorio Syracusie et Buchalef et Luchadet in territorio Respense pro ualore annuo unc(iarum) auri quatuor et tarenorum quinque et casale Tarfani et casale Rahalbat in territorio Nochi pro ualore annuo unc(iarum) auri quatuor, casale Churcha et molendinum Dulbii pro ualore annuo unc(iarum) auri sex et tar(enorum) uiginti quinque, prout casalia et molendinum ipsa per inquisitionem inde factam inuenta fuerunt ualere per annum, eidem Francisco sub seruicio unius militis et unius balistarii fuerunt assignata et postmodum dicto molendino magistro Gualterio de Nocho fideli nostro de mandato nostre celsitudinis restituto, mandauerimus per litteras nostras Matheo Rufulo,¹ cum in Sicilia in anno preterite quarte indictionis secretie officio fungebatur, ut tantum de excadenciis et morticiis curie in sua iurisdicione sistentibus eidem Francisco uel suo pro eo nuncio in excambium predicti molendini assignare deberet, quantum sibi constaret molendinum ipsum ualere per annum, et idem secretus ad execucionem ipsius mandati nostri procedens, constituo sibi prius per inquisitionem factam per eum, quod ualor eiusdem molendini ad quantitatem quatuor unc(iarum) auri anno quolibet ascendebat, subscripta duo casalia exhibitata inuenta per eum in manu curie nostre uidelicet casale Bynuym et casale Granerii pro excambio predicti molendini pro reddito uidelicet quatuor unc(iarum) auri per annum, prout ualere inuenta fuerunt per inquisitionem inde factam, eidem Francisco fecerit assignari, prout in instrumentis publicis de inquisitionibus predictis et assignacione casalium predictorum confectis plenius continetur, assignacionem ipsam ratam gerere et casalia ipsa confirmare sibi et heredibus suis imperpetuum de speciali gracia dignaremur. Nos autem ipsius Francisci fidem et merita attendentes, considerantes quoque grata deuocionis eius obsequia que hactenus indefesse culmini nostro prestitit, nunc exhibet et exhibere poterit in antea gracia, suis supplicacionibus benignius inclinati, assignacionem ipsorum casalium factam eidem Francisco per secretos predictos, prout in predictis instrumentis publicis plenius et apercius continetur, ratam gerimus et casalia ipsa cum omnibus iuribus iusticiis racionibus et pertinentiis suis eidem Francisco et suis heredibus imperpetuum de speciali gracia confirmamus. Constituo et inuento per inquisitionem factam exinde de mandato celsitudinis nostre et nostre curie presentatam, quod predictum casale Rachaltath scitum in territorio Scyracusie fuit olim Johannis de Jaconia et deinde Jacobi filii sui, et casalia Buchalef et Luchadeth predicta fuerunt predictorum Johannis de Jaconia et Jacobi filii sui ex eius manifestis exces-

¹ Vgl. Scheffer-Boichorst im N.-Archiv XXIV 187 ff.

sibus ad manus curie nostre per excadenciam racionabiliter deuoluta, et casalia Tarfani et Rachalbalat scita in territorio Nochi fuerunt quondam Symonis de Ckimineti et deinde Heinrici de Porta Theotonici, ex cuius obitu nullis relictis heredibus per excadenciam sunt ad manus curie redacta, et casale Jurcha predictum fuit quondam Symonis de Calatamauro et deinde magistri Symonis de Augusta ex eius culpis similiter ad manus curie nostre per excadenciam racionabiliter deuolutum, et casale Granerii fuit quondam Symonis de Chimineti predicti et deinde Heinrici de Porta Theotonici supradicti, ex cuius obitu nullis relictis heredibus per excadenciam ad manus curie nostre similiter est redactum, et casale Binuym predictum fuit quondam Hugonis de Apetigine et postmodum Johannis de Jaconia predicti et ab eo deuenit ad Jacobum filium eius, ex cuius culpis deinde ad manus curie nostre per excadenciam racionabiliter extitit deuolutum, saluis in omnibus et per omnia honore fidelitate mandato et ordinacione nostra et heredum nostrorum et saluo seruicio unius militis et unius balistarii quod exinde curie nostre debetur. Ad huius autem confirmationis et gracie nostre memoriam et robur perpetuo ualiturum presens priuilegium per magistrum Chyrlionem de Monopulo¹ notarium et fidelem nostrum sibi exinde fieri et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Data in campis prope Lacum Pensilem anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo sexagesimo tercio, mense august., indicionis sexte, regnante domino nostro Maynfredo dei gracia felicissimo rege Sicilie regni eius anno quinto; feliciter amen.

König Ludwig belehnt den Grafen Johannes Mohac von Chiaramonte, Herrn von Ragusa, mit den dem Grafen Thomas von S. Severino abgesprochenen Herrschaften.

Pisa 1327 Oktober 23.

Unfertiges Original (?) Rom Arch. Colonna (III B B XXIX n. 35).

Die für die Geschichte Ludwigs des Baiern (vgl. das Gegenstück dazu, Johannes XXII Bulle von 1331 Januar 4, ed. Winkelmann Acta imperii II 796 n. 1133) wichtige Urkunde ist diplomatisch sehr merkwürdig: ein Prachtstück, dessen Anfang in prachtvollen Majuskelnbuchstaben mit Gold und reizenden Schnörkeln geschrieben ist. Der Text zeigt Schrift der deutschen Kanzlei. Aber das Stück ist unfertig geblieben, nicht einmal der obere Rand ist richtig beschnitten, sondern weist noch die ursprüngliche Form des Pergaments auf. Von Besiegelung findet sich keine Spur.

LVDOVICVS DEI GRACIA ROMANORVM REX SEMPER AV |
GVSTVS. Nobili uiro Johanni comiti Mohac domino Ragusie dicto de

¹ Vgl. Winkelmann Acta imperii I 417 n. 502.

Claromonte fideli suo dilecto gratiam suam et omne bonum. Regalis munificencia | de sui regalitate ad benemeritos libenti animo se extendit, eos maxime graciosis muneribus amplectendo qui tam suorum progenitorum quam suis obsequiis bene erga Romanum imperium | meruerunt. Hinc est quod considerantes tam clare memorie comitis Manfridi genitoris tui quam tuis laudabilibus obsequiis nobis et Romano imperio exhibitis et sperantes indubie quod | in tui augmento Augusti dextera beneficium recte confert, tibi pro te tuisque heredibus legitimis et descendantibus in feodum perpetuum et honorificum ex certa sciencia et de plenitudine | nostre regie maiestatis concedimus per presentes omnes comitatus baronias castellanias dominaciones ciuitates castra loca iurisdiciones iura et res que tenebat tempore | quo uiuebat Thomas comes de sancto Seuerino antiquus seu senior, inter que sunt uidelicet comitatus Marsici, dominacio sancti Seuerini, dominacio et baronia Falsanelle, | dominacio Cilenti, dominacio Vallis Diani, dominacio Pulicastro et pertinentiarum, dominacio Guardiole, districtus Mucerie, comitatus Tricarici, et generaliter tibi concedimus in | feodum, ut premittitur, omnia et singula que tenebat seu possidebat uel quasi per se uel alium dictus comes Thomas tempore quo uiuebat cum omnibus mero et mixto impe | rio et iurisdicione uasallis iurisdicionibus et iuribus theloneis seu pedagiis salinis pascuis paludibus uenacionibus piscacionibus regalibus et omnibus aliis quibuscumque per | tinentibus dictis comitatibus baroneis et dominacionibus et rebus cum eorum pertinentiis et connexis et dependentibus ab eisdem. Que res omnes deuolute sunt pleno iure ad | nos et Romanum imperium memoratum, pro eo maxime quod dictus comes Thomas et sui successores fuerunt et sunt rebelles et hostes predecessoris nostri diue memorie | Henrici septimi imperatoris Romanorum atque nostri et commiserunt crimen lese maiestatis et assidue committunt successores comitis prelibati, et pro eo etiam quod dicti Tho | mas et successores ceciderunt a iure suo omni quod habebant in predictis, quia de dictis rebus non fecerunt fidelitatem dicto predecessori nostro uel nobis, prout de iure face | re debuerunt, teque Johannem comitem predictum fidelem nostrum dilectum et benemeritum de predictis omnibus et singulis in feodum inuestimus liberum et honorificum, | ut premittitur, pro te tuisque legitimis successoribus utriusque sexus per ense quem manu gestamus pleno iure; recepto ob predicta a te fidelitatis debito iuramento. | Sane nolumus te uel dictos successores tuos de cetero teneri ad fidelitatem ob predicta nobis uel successoribus nostris fidendam, nisi quando per nos uel ipsos fueritis | requisiti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre concessionis infeodacionis et inuestiture gratiam ac paginam infringere uel ei ausu in aliquo temerario contraire. Si | quis uero hoc temere attemptare presumpserit uel cogitauerit impediendo aliquo alio modo, indignacionem nostram regiam grauemque maiestatis nostre regie offensam ac etiam | penam decem milium librarum auri, quarum medietas una fisco nostro, alia uero predicto Johanni comiti aut suis successoribus tamquam iniuriam passis eo ipso et tocien-

quo | ciens contrafecerit applicentur, se nouerit immutabiliter incurrisse. In cuius nostre concessionis infeodacionis et inuestiture testimonium presentes conscribi et appensione | bulle nostre auree iussimus communiri. Dat. in ciuitate Pisana XXIII die mensis octobr., anno domini millesimo trecentesimo uicesimo septimo, | regni uero nostri anno terciodecimo.

Kaiser Ludwig erlaubt dem König Friedrich von Sizilien anderweitige Bündnisse einzugehen, vorausgesetzt, dass sie nicht gegen die zwischen ihnen bestehende Liga verstossen.

München 1336 Februar 11.

Copie von 1336 April 12. Rom Arch. Colonna (III B B XXXXIII n. 3.)

Vgl. Forschungen zur Deutschen Geschichte XX 251. 257 (Böhmer Reg. Lud. 3230. 3240).

In dei nomine amen. Anno natiuitatis domini millesimo trecentesimo tricesimo sexto, die duodecimo mensis aprilis, quarte indictionis, pontificatus sanctissimi patris et domini domini Benedicti diuina prouidencia pape duodecimi anno eius secundo. Ex huius scripti publici serie sit omnibus manifestum, quod magnificus et egregius dominus Petrus de Antiochia miles, regni Sicilie cancellarius, tamquam officialis illustris domini Friderici incliti regis Sicilie, nomine et pro parte ipsius domini regis in presencia mei Francisci de Cathania regie capelle clerici, publici apostolica auctoritate notarii et magnificorum domini domini Damiani de Palinco de Messana, iuris ciuilibus professoris, Agrigentini decani, regie capelle magistri capellani, dicti domini regis consiliarii et familiaris, domini Guillelmi Raymundi de Montecatino, Francisci de Vintimiliis locum tenentis in officio maioris cammerariatus pro parte magnifici domini Francisci comitis de Vintimiliis patris sui, eiusdem regni maioris cammerarii et Periconi de Montecatino testium ad hoc uocatorum et specialiter rogatorum et infrascripti notarii publici ostendit quasdam litteras illustrissimi domini domini Lodouici inuictissimi Romanorum imperatoris et semper augusti in membrano redactas sub noto et consueto sigillo ipsius domini imperatoris secreto de cera rubea ad arma aquile, quarum superscripcio est in hunc modum „Excellenti et preclaro Friderico regi Sicilie socero nostro karissimo“ ipsasque aperuit et coram me predicto notario et testibus supradictis publice legi fecit; quarum tenor de uerbo ad uerbum nichil in eis addito diminuto uel mutato per omnia talis est:

Loduicus dei gracia Romanorum imperator semper augustus. Excellenti et preclaro Friderico regi Sicilie socero suo karissimo gratiam suam et omne bonum. Super illo articulo quem tui ambassiatores nostre magestatis conspectui presentarunt, uidelicet quod tibi traderemus licentiam contrahendi ligas confederaciones seu uniones cum personis quibuscumque, cuiuscumque

status condicionis aut preeminencie existant, eciam quando aut quoscienscumque uolueris pro tua et tuorum tuicione, non obstante unionis confederacionis seu lige uinculo prius inter nos et te inito et firmato, sic quod prior nostra unio seu liga non dicatur, per hoc quo ad nos aliquid uiolata etc.: scire debes quod, cum nos et tu tam ratione parentele quam et confederacionis predicte simus nobis inuicem multipliciter astricti seu obnoxii et uniti, placet nobis ac etiam concedimus quod treugarum pacis seu confederacionis uincula contrahas seu inias et cum quibuscumque personis ad debitum effectum perducas, dummodo contra nos et imperium aliquas uniones seu ligas cum nostris et imperii rebellibus non inias uel confirmes. Et si dictas uniones treugas seu ligas sic de nostra permissione non tamen contra nos et imperium te contingerit contrahere uel inire, uolumus et intendimus, quod semper pacta promissiones confederaciones seu lige de subsidiis et auxiliis nobis inuicem prestandis et mutuo respondendis prius inter nos inite et firmate cum omnibus suis articulis sint omnino salue atque firme, sic quod per subsequentes tuas ligas in aliqua sui parte non uiciantur uel aliquid uiolentur; alioquin reuera ligas confederaciones seu treugas predictas iniendi nullam tibi concedimus potestatem. Data Monaci XI^a die mensis febr., regni nostri anno uigesimo secundo, imperii uero nono.

Et me rogauit attente nomine et pro parte ipsius domini regis, meum qui supra officium notarii implorando ut, quia oportebat eundem dominum regem Fridericum ipsas litteras et formam earum ad eternam rei memoriam suiue cautelam penes se publicatas habere, timens ne forte ipse originales littere aliquo casu fortuito perire ualerent, ut ipsas sibi publicari et in presentem formam publicam fideliter redigere deberem *etc. etc.*

P. K e h r.

Die Erwerbung der Dormitio B. M. V. im 14. Jahrh.

Diese Erwerbung, welche angesichts der in neuester Zeit durch Seine Majestät den deutschen Kaiser bethätigten Wiedererwerbung erhöhtes Interesse beanspruchen dürfte, steht im innigsten Zusammenhange mit der Gründung einer Pilgerherberge neben dem Minoritenconvente auf dem Berge Sion zu Jerusalem.¹ Beides, jene Erwerbung und diese Gründung, geschah durch eine Frau aus Florenz namens Sophia Philippi de Archangelis. Nachstehend soll das, was die vatikanischen Registerbände hierüber enthalten, skizziert und stellenweise excerpiert mitgetheilt werden.

¹ Bekanntlich ist die Gründung dieses Conventes dem religiösen Eifer des Königs Robert und der Königin Sancia von Neapel zu verdanken. Aus der von Wadding, Ann. Min. ad a. 1342 n. 18 mitgetheilten, an den General sowie an